



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1735. usque ad annum 1737

Fleury, Claude

Augustæ Vindelicorum [u.a.], 1786

VD18 90119347

§. 73. Religionis Catholicæ status in Japoniæ Regno.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67868](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67868)

Sæc. XVIII.
A. C. 1736.

collatum Matri pro puero, quem in utero gestat, quod Baptisma utique S. Augustinus contra Julianum reject, ita nempe nulli unquam sæculo defuerant, qui antiquas Ecclesiæ doctrinas vel de industria vel ex ignorantia obscurarent.

§. LXXIII.

Religionis Status in Japoniæ Regno.

Quantumvis Missionarij in Japoniæ Regno ob inhumanas vexationes publice suis ministeriis fungi haud possent, Apostolicus tamen eorum fervor restingui non poterat, quominus paucos illos Catholicos, qui cruentum Mandarinorum ferrum ac rabiem effugerunt, & in sinu cordis sui Christianam veritatem fovebant, clam Sacramentorum administratione pascere, & ad fidei constantiam animarent: Parum tamen absuit, quin Evangelicus eorum labor penitus in irritum caderet, oborta gravi dissensione, cui ansam, quamvis præter opinionem suam, præbuit quidam Episcopus Barnabita; qui a S. Congregatione de Propaganda fide Roma eo ablegatus, quosdam Ecclesiæ ritus a Gallicis Missionariis hucusque in vestros partim immutare, partim penitus abolere tentabat; cum ergo
nova

nova inde dissidia enasci possent, hoc Sæc. XVIII.
 anno P. Antonius de la Courte Missio- A. C. 1736.
 narius, ac Gallicæ Missionis Minister
 Romam contendit, qui de totius Mis-
 sionis statu rationem reddens, præfatæ
 S. Congregationis Cardinalibus libel-
 lum supplicem obtulit, in quo illos de
 innovatione a dicto Episcopo facta, &
 de periculo inde pertimescendo edocuit:
 Re igitur maturius pensata Pontifex
 opportuno remedio utrique parti satis-
 fecit.

§. LXXIV.

*Statuta Nationalis Synodi Maro-
nitarum.*

Affidua Clementis XII. sollicitudo
 Pastoralis ad ipsas etiam Orienta-
 les Ecclesias hoc anno sese extendit:
 Exstat gens Catholica in Phœnicæ ter-
 ris, quæ præcipue Montem Libanum
 incolit, & sese in Syriam, Syro-Phæ-
 niciam, Tripolin, Alepum, Bery-
 thum, Sidoniam & Cypri Insulam ex-
 tendit. Vocantur hi populi Maronitæ,
 a S. Marone Abbate, qui eos in fide
 Catholica circa annum Christi quadrin-
 gesimum instituit, multasque Mo-
 nachorum, qui postea sese S. Antonii
 Regulæ addixerunt, ædes construxit:

A a 3

Post-